

salutem, vers. 4. ejusque capaces reddi possunt. L. de A  
Vocatione gentium: Gen. ix, 27. XII, 3. XVIII, 8.  
Psal. II, 8. XXII, 28. Jef. XLIX, 6. De quò ipsò voca-  
tionis mysterio Rom. xvi, 25. 26. Ephes. III, 3. 6. 8.

(2) Ad Deum solum referri debet omnis potestas,  
omnisque gloria: ab eo solo robur atque gloria profi-  
citur. Huic restituitur, non realiter, sed verbaliter &  
mente devotâ.

(3) Robur mundanum, ornatumque templorum,  
sensibilem, relinquimus Papistis, contenti robore ornatuque  
Spiritus.

USUS E VERSU VIII.

(1) Deo gratitudinis testanda causâ offeruntur mune-  
ra, in V. T. carnalia etiam, qua tamen in N. T. tanquam  
umbræ cessarunt. Vide Rom. XII, 1. seq. Ebr. XIII,  
16. 15. Pl. L, 4. 23. LI, 19. LXIX, 31. 32.

[2] Atria templi vetera licet cessarint, restant ta-  
men conventus sacri frequentandi: Ebr. X, 25. Matth.  
XVIII, 20.

(3) Ob carnis socordiam nunquam nimis inculcatur  
nominis divini honor.

USUS E VERSU IX.

(1) De adoratione Dei v. I. præc.

(2) Ornatus sanctus admonet nos interioris cultus, B  
ut appropinquemus non labiis, sed corde humiliato, per  
sanguinem Christi emundato, fructibus Spiritus exorna-  
to, &c.

(3) Serviendum est Deo cum timore & tremore: Phil.  
II, 12.

(4) Ubivis Dei facies: in universâ igitur terrâ  
terraque angulis reverentiam Creatori debent mortales.

USUS E VERSU X.

[1] Præconium hoc evangelii convenit cum Christi

PSALMI XCVII. DISPOSITIO.

Rex magnus custodit suos. Dominus terribilis.

EST hîc I. elogium Dei regis, ubi (1)  
regnum ipsum: Dominus regnat: (2)  
consequens: (a) gaudeat terra: (b) læ-  
tentur insule magnæ: v. 1. (3) regni maje-  
stas, adumbrata sensibilibus: (a) nubes & ca-  
ligo circa ipsum: (b) judicium justum basis thro-  
ni ipsius: v. 2. (γ) ignis, antecedens eum, suc-  
cendit hostes undique: v. 3. (δ) fulgura ipsius  
illustrarunt orbem: (ε) terra intuens cohorrè-  
scit: v. 4. (ζ) montes instar cere liquefcunt, à  
facie tanti Domini: v. 5. (η) coeli annunciarunt  
justitiam ipsius: (θ) omnes populi conspexerunt  
gloriam ejus: v. 6.

II. Alloquium ad subditos (1) pravos:

omnes cultores idolorum erubescant: (2) bo-  
nos. [a] adorent ipsum omnes Dii seu angeli:  
v. 7. (b) Zion audiens letatur: (c) Filie Juda  
exultant propter judicia tua Domine: v. 8. Ra-  
tio: (a) tu Domine excelsus es super univer-  
sam terram: (b) præ cunctis Diis emines:  
v. 6.

III. Conclusio: (1) amatores Domini dete-  
stamini malum; ratio: [a] Deus custodit ani-  
mas Sanctorum suorum, (b) è manu impiorum  
eripit ipsasmet. v. 10. (c) lux justis exoritur:  
(d) & gaudium integris: v. 11. (2) letamini, o  
justi, in Dominò: (3) celebrate memoriam ejus  
sanctam: v. 12.

PSALMUS XCVII.

Vulgatus & quidam Codices græci habent:  
Huic ipsi David, quando terra ejus restituta est ei.  
i. e. juxta Tirinum fortè post cædem Absalo-  
mi; at quidam Codices disertè habent: ἀνετίτυρατος  
παρ ἰθαίαις. Unde Finus Hadr. l. 3. flag. Jud. c. 21.  
fatetur, ab expositore quòdam, & forte indocto,  
hunc esse titulum ascriptum, cum contraveniat  
argumento, quod Messiam probat concernere,  
fatente quodammodo ipsò R. Salomone. Confer  
Calovii ann. Grot. b. l. ubi probat, Psalmum hunc  
de Primogeniti regnò gratiæ agere.

EXPLICATIO VERSUS I.

regnat: ) vide Psal. XCIII, 1. & XCVI,  
10. De Messia autem hîc agi, patet ex allegatio-  
ne vers 7. in Epistola Ebr. I, 7. propriè ac princi-  
paliter, prout per evangelium vocatis gentibus  
regnum suum undiq; dilatat; secundario, prout  
in fine mundi omnes suos hostes subjiciet ple-  
nariè: Gerhard. t. 9. LL. p. 325.

exultet terra: ) ob regiminis scilicet  
feliciter in respectu ad abolitam Satanæ in ido-  
lis

Bbbb

lis